

H A E R T P A
O P E R T H E
H A E R T P A
P R A E F A T I O
P R I M A E E D I T I O N I S.

In Electra, ad quam nihil adnotationum reliquerat Erfurdtius, quum neque in maiore editione lectionis varietas satis diligenter adnotata videretur, neque scriptores, a quibus citatur haec fabula, ab aliis, ut in Aiace, iam commemorati essent: utrique incommodo medendum duxi eorum causa, qui materiam, unde ipsi de quoque loco iudicare possent, collectam cuperent. Itaque Suidae potissimum atque Eustathii locos, ubi hii Electram respiciunt, ut diligenter indicarem, operam dedi. Et Eustathii quidem plerosque a Valckenario adnotatos in exemplo, quod ille possedit, habeo, sed tamen nonnullos